

[Berliner entomologische Zeitschrift 1873.]

Coleopterorum messis in insula Cypro et Asia  
minore ab Eugenio Truqui congregatae  
recensitio:

de Europaeis notis quibusdam additis.

Auctore

*Flaminio Baudi a Selve.*

Pars quinta.

(Mense Aprili 1873.)

---

DASYTINI.

*Dasytes xanthocnemus?* Kolen. v. *cyprius*. Octo foeminae Cypro, quae statura admodum parva, fronte obsolete impressa, thorace transversim subquadrato, subtiliter punctato, pluribusque aliis cum ejus descr. conferunt. Corpus in hisce attamen nigro-subcyanescens, antennae rufo-brunneae, articulo primo fusco, sequentibus quatuor vel quinque basalibus testaceis, breves, capitis cum thorace longitudinem haud attingentes, apicem versus sensim incrassatae, articulis 5—10 serratis; thorax apicem versus vix attenuatus, basi lateribusque aequaliter, subtiliter marginatus, dorso aequalis, punctis quibusdam majoribus confusis ad latera interdum notatus; elytra subtiliter parum crebre punctata, parce nigro-villosula, parcus admodum griseo-pubescentia: pedes, tarsis praesertim, pro genere breviusculis, trochanteribus, tibiis tarsisque laete testaceis, horum unguiculis obsolete dentatis. *Das. brevicorni* Ksw. plerumque minor, ab eo et *pilicorni* elytris crebrius, distinctiusque punctatis praecipue discedit.\*)

*Das. brevicornis* Ksw. var. statura aliquantulum majore, thorace dorso minus convexo, lateribus plus declivi, quo, superne

---

\* ) Haec species sine dubio cum *moniliato* Kiesenw. convenit, an re vera *D. xanthocnemus* Kolenati sit, nescio. Ksw.

inspectus, magis subquadratus videtur, interstitiis nitidioribus, elytris obsoletius punctatis. evidentius transversim ruguloso-subscabris: variat tibiis tarsisque obscure piceis. Quaedam sp. Beryto.

*Das. timidus* n. sp. *Oblongus, niger vel nigro-piceus, parce nigro hirtus, thorace transversim subquadrato, elytris subtiliter parum dense punctulatis, seriatim albido pilosis.* — Long.  $1\frac{1}{2}$  —  $1\frac{3}{4}$  lin.

Mas angustior, fronte depressa, obsolete foveolata, capite thoraceque subtilius punctatis, antennis eorumdem longitudinem tantisper excedentibus, infra dense albido-villosis, fuscis, articulo secundo rufescente, inferne globuloso, tertio — decimo intus triangulariter serratis, apicem versus sensim majoribus, ultimo oblongo-ovato: thorax elytris sat angustior, transversim convexus, anterius haud attenuatus, latitudine sua vix sesqui brevior, lateribus et basi parum, angulis omnibus fortiter rotundatus, subtiliter parce, subaequaliter punctatus, parum dense nigro-hirtus parceque admodum griseo-pubescentes; elytra longula, subparallelia, subtiliter parum crebre punctulata, transversim obsolete rugosula, pube depressa grisea parce induita lateribus nigro tantisper villosa; abdominis segmentum ventrale penultimum, una cum ultimi basi, medio profunde foveolatum; pedes mediocres, tibiis tarsisque fusco-piceis, hisce validiusculis, anticorum unguiculis membrana validiuscula, apice rotundata instructis.

Foemina major, relative latior, capite thoraceque plus minusve cibreo, fortius profundiusque punctatis, illo pariter thorace angustiore, fronte plana, obsolete trifoveolata, antennis capite cum thorace sat brevioribus, fuscis, apicem versus sensim crassioribus, articulis 4—10 intus sensim fortius triangulariter serrato-productis; thorace transversim convexiore, angulis anticis minus late rotundatis; elytris apicem versus tantisper dilatatis, seriatim parce nigro-villosis. et per series tenues pube albida depressa indutis; pedibus concoloribus nigris vel nigro-piceis, unguiculis omnibus basi obsolete dentatis.

A *D. striatulo* Br. statura relative aliquantulum longiore atque angustiore, pubescentia longe parciore, antennis in foemina brevioribus elytrisque minus dense punctatis praecipue discedens.

Sat frequens Cypro videtur.

*Dasytes nigro-aeneus* Küst. quaedam Syria.

*Dolichosoma simile* Br. Cypro rarum.

*Dolichophron cylindromorphum* Ksw. Unica foemina Beryto: descripto ab auctore mari forma plerisque, statura atque punctuatione conveniens, tota obscure viridi-aenea, elytris basi thorace angustioribus, apicem versus sensim tantisper ampliatis, prope apicem rotundatim attenuatis, apice singulo anguste rotundato; ab-

domine elytra excedente, segmento ventrali quinto apice recte truncato, albo-ciliato, sexto vix breviato, aequali, apice late rotundato.

*Haplocnemus abietum* Ksw. duo specimina a typico ab auctore recepto pedibus penitus rufo-testaceis, thorace disco subtilius, crebrius equidem lateribus punctato, at punctura haud rudi discedunt: *H. rufipes* Miller verisimiliter.

*H. basalis* Küst. Cypro haud rarus, thorace tantisper fortius quam in pedemontanis et sardois speciminibus punctato.

*Haplocnemus pertusus?* Kiesw. Frequens, praesertim foemina, Cypro: mas sat apte descriptioni confert, ei oculi fortius, praesertim antice, convexi, porrecti videntur, margine interiore fortius et angustius rotundatim emarginati, antennis eorumdem margini antico prope admodum insertis: foemina mari parum dissimilis, tantisper brevior atque convexior, antennis capitis cum thorace longitudinem parum vel vix superantibus, intus ab articulo quarto serratis, nigro-piceis plerumque vel brunneis, articulo secundo dilutiore: palpis maxillaribus articulo ultimo subfiliformi, in mare eodem apice sat dilatato, oblique truncato.<sup>1)</sup>

*Julistus arbustorum* Ksw. Cypro rarus.

*Dasytiscus virescens* n. sp. *Aeneo-virescens*, parum nitidus, pube densa longiore flavescens, capite thoraceque creberrime rugoso-punctatis, hoc angulis anticis rectis, postice subsinuato, pube transversim vel oblique ad medium convergente disposita, elytris obsolete punctulatis; palpis, antennis pedibusque nigris. — Long.  $1\frac{1}{2}$  lin.

<sup>1)</sup> Ad hoc genus spectant specimina quaedam Hyerosolimis prope lecta, quae in R. Taur. Musaei collectione observavi = *Hapl. palaestinus* n. sp. *Aeneo-virescens*, cylindricus, parce fusco-hirtus, thorace parum transverso modice et minus crebre, elytris fortiter haud crebre punctatis, interstitiis elevatis, subrugulosis, antennis basi rufescentibus. — Long.  $2\frac{1}{4}$  —  $2\frac{1}{2}$  lin.

Mas antennis fortiter acute serratis, dimidio corpore fere longioribus, abdominis segmento ventrali quinto apice medio late et sat profunde semicirculariter exciso, excisura membrana apice recta repleta.

*H. siculo* Ksw. facie similis, tantisper longior, convexus, cylindricus, virescenti-aeneus, antennis, capite et thorace itidem fere extruetis atque punctatis, punctis attamen, praesertim in thorace fortioribus, subocellatis, aequaliter sparsis; thorace praeterea discedit anteriorius minus declivi, haud angustato, lateribus regulariter sat rotundato; elytris relative longioribus, parallelo-cylindricis, fortius

*D. induto* major; caput crebre rugoso-punctatum, fronte anterius spatio medio latiore nitido, aeneo micante, labro nigro-piceo, palpis maxillaribus nigris, articulo ultimo longiore, cylindrico, ore infra piceo: antennae capite cum thorace breviores, apicem versus paullulum crassiores, articulis mediis intus magis, quam extus dilatatis, quinto — decimo subaequalibus, nigrae. Thorax subquadratus, anterius fere latior, angulis anticus rectis, lateribus ante medium parallelus, basin versus leviter sinuatus-attenuatus, angulis posticus et basi rotundatus, creberrime rugoso-punctatus, margine lateraliter subcrenulato, pube a lateribus invicem ad longitudinis medium convergente, atque plus minusve sinuose retrorsum vergente, margine utrinque et basi erecto-ciliata. Elytra obsolete subtiliter punctulata, pube densa depressa vestita, margine ciliata, ciliis insuper raris, longitudinaliter seriatim dispositis, suberectis ornata. Corpus infra dense, tenuiter griseo-pubescent; pedibus nigris, tarsis interdum piceis.

Thoracis praecipue forma ab omnibus, etiam nuper descriptis; a *D. medio* Rott. = ? *pexo* Kiesw. cui propius thoracis structura affinis videtur, pedum pictura atque statura majore distinctus. Cypro rarus.

*D. indutus* Ksw. Haud rarus Cypro et Beryto.

*D. squamatus* Ksw. Cypro parum freq.

*D. praecox* Ksw. Cypro passim, variat sordide flavus, vel plus minusve dilute piceus, antennis apice infuscatis, elytris interdum tantisper fortius crebriusque punctatis, pube corporis paullulum densiore.

*Melyris (Zygia) bicolor* Fabr. Cypro et Beryto sat frequens, pariter ac *Z. oblonga* Fabr.

*Cerallus concolor* Ksw. Unicum spec. Beryto, dilute flavotestaceum, capitis vertice macula fusca notato varians.

*Danacea hypoleuca* Ksw. Sat frequens Cypro squamulis supra griseo-olivaceis, concoloribus tecta: variat in nonnullis vertice toto transversim, thoracis fascia lata longitudinali media scutelloque

---

punctatis, interstitiis scabris et rugosulis, parce tenuiterque fulvo-pubescentibus: pedibus nigris vel nigro-aeneis, tibiis interdum tarsisque basi brunneis. Antennarum structura, thorace elytrisque fortius punctatis a *peccinicorni*, et *pinicola* distinctus; *H. chlorosoma* Luc., (si speciem recte novi) statura majore, antennarum structura atque pictura alia, corpore fusco-pubescente, thorace lateribus, anterius praesertim, magis rotundato, punctis latioribus, nec profundioribus, impresso a *palaestino* discedit.

pube brunneo-fusca variis: elytris brevioribus, apice latius rotundatis, pariter ac in *nana* Ksw., nec non abdominis in mare structura, inter congeneres, quibus pubes thoracica longitudinaliter disposita, insignis.

*D. nana* Ksw. Unicum sp. Cypro, mas, griseo-pubescentis, antennarum articulis tribus ultimis distinctius, quam in hispanicis, abrupte fere majoribus, uno latius rufo.

*Acanthocnemus Truquii*. m. *Oblongus, subnitidus, ferrugineus, capite fusco thoraceque nigro-hirtis, parum crebre, sat fortiter punctatis, elytris porce pubescentibus, seriatim minus fortiter punctatis, pedibus testaceis.* — Long. 2 lin.

*A. ciliati* Perris statuta, equidem parallelus, subdepressus; capite thoraceque nigro-hirtis, ferrugineus. Caput fusco-brunneum, fronte plana, obsolete impressa, parum crebre, grosse at parum profunde punctatum, vertice rugosulum; oculis magnis, globosis; epistomate linearis, labro transverso, apice subrecte truncato, ore toto infra palpisque rufo-testaceis; mandibulis validis, apice bidentatis, nigris, basi ferrugineis; palpis maxillaribus crassiusculis, articulo ultimo subcylindrico, crassitie sua sesqui fere, secundo vix duplo, longiore, apice truncato et spongioso. Antennae rufo-ferrugineae, tenuiter ciliatae, articulo primo magno, leviter obconico, crassitie duplo fere longiore, secundo minore, subgloboso, tertio praecedente iterum minore, non vero breviore, obconico, quarto — octavo crassitie subaequalibus, relative sensim brevioribus, septimo — octavo subtransversis, ultimis tribus abrupte majoribus, nono — decimo globosis, ultimo pyriformi. Thorax transversim subquadratus, longitudine sesqui prope latior, antice recte truncatus, basi media subemarginatus, utrinque cum angulis posticis late rotundatus, lateribus anterius subrectis, angulis anticis anguste rotundatis; transversim parum convexus, utrinque subtiliter, ad angulos posticos paullo latius marginatus, sat fortiter, parum crebre, disco parcus, utrinque subrugose punctatus, nigro-hirtus, margine laterali nigro, antice brevius et basi fulvo ciliatus. Scutellum transversum, apice subrotundatum, fortiter obsoleteque punctatum. Elytra basi subrecte truncata, thorace aliquantulum latiora, eodem fere triplo longiora, lateribus parallela, apice conjunctim late rotundata, dorso depressa, crebre serialim punctata, punctis apice et ad latera confusis, interstitiis secundo quartoque longitudinaliter subelevatis; parce breviterque fulvo-pubescentia, circumcirca fusco tenuiter ciliata. Corpus infra obscurius ferrugineum, prosterno et parapleuris rufo-testaceis, laevibus; prosterno crassiusculo, utrinque late et sat profunde in ejus

cum parapleuris suturali regione, cum parapleuris ipsis, impresso, impressionis fundo, operae stigmatis instar, circulariter limitato atque membrana lucida, pallida repleto: abdomen sex segmentis conspicuis, ultimo parvo, utrinque apice oblique trunato, remote punctatum, parce griseo-pubescent: pedes longiusculi, flavo-testacei, tibiis sublinearibus, apicem versus sensim leniter incrassatis, extus sat dense ciliatis, haud spinulosis, tarsis tibia dimidio fere brevioribus, graciliusculis, articulis quatuor primis brevibus, horum primo attamen minore, in tarsis posticis vix conspicuo. ultimo praecedentibus simul sumtis tantisper breviore; unguiculis simplicibus. Unicum spec. Cypro.

*Phloeophilum* jam din specimen hoc in collectione designavi, ejus ob antennarum structurae cum *Phl. Edwardsi* affinitatem, nec non tarsorum articuli primi exiguitatem: totius attamen corporis habita ratione cum *Acanthocnemo* Perris conferre maxime videtur, a quo etsi palporum maxillarium structura, mandibulis validis tibiisque extus haud spinulosis discedat, pluribus attamen, speciei quoque *ciliatus*, congruit, ab eo, praeter alia, antennarum et pedum colore distinctum. Unicus forte inter *Melyrinos* prosterni singulari struc-tura insignis. Genus, ex affinitatibus, prope *Phloeophilum*, meo judicio, systematice collocandum.

### CLERIDAE.

*Opilus toeniatus* Klug et var. *frontalis* Klug Cypro et Syria parum freq.<sup>2)</sup>

*Phloeocopus basalis* Kl. Quaedam Cypro et Asia min. variant corpore toto rufo-brunneo vel cinnamomeo, elytris fascia pallida pone medium plus minusve interrupta vel abbreviata, apice interdum late fuscis; antennis pedibusque testaceis, hisce femoribus apice leviter infuscatis; pectore rufescente, abdomine plerumque sordide flavo. Antennae in omnibus elongatae, articulis nono et decimo majoribus, subtriangularibus, ultimo, eis duobus simul sumtis, in foemina vix longiore, in mare praecedentium sex vel septem longitudine subaequali, levissime arenato, extus apice rotundato atque oblique subtruncato. Abdominis segmentum ventrale quintum in mare apice medio sat fortiter emarginatum, in foemina recte truncatum. Caput et thorax disco subtiliter disperse, iste lateribus rugose et confuse punctata; elytra grosse, seriatim punctata, punctis in seriebus sat approximatis, apice pone maculam confusis.

<sup>2)</sup> In R. Taur. Mus. collectione specimen *Opili mollis* Lin. prostat e Missouri Americae borealis, nostratisbus omnimode congruens.

*Clerus (Allonyx) quadrimaculatus* Fabr. Parum freq. Cypro, interdum pedibus omnino rufis, elytris paulo subtilius punctatis variat.

*Tarsostenus univittatus* Rossi sat frequ. Cypro.

*Trichodes crabroniformis* Fabr. Cypro et Syria passim.<sup>3)</sup>

*Tr. favarius* Ill. var. *viridifasciatus* Chevr. macula elytrorum postica a summo apice sat discreta, veluti in iconē *Tr. affinis* Spin. depictus, ab hoc metasterni et ventris structura discedens. Syria passim.

*Tr. leucopsideus* Ol. var. *syriacus* Spin. Quaedam Cypro: modo coeruleus, modo virescens, elytris interdum viridibus, puncto humerali, fasciisque duabus interruptis rufis, apice truncatis, angulo suturali acuto antennisque totis testaceis.

<sup>3)</sup> *Tr. zebra* Fald. (*crabroniformis* var. sec. Spinola) nonnulla specimina a D. Doria e Persia septentrionali relata a *crabroniformi* capite thoraceque antice in omnibus majoribus, fulvo-aurantiacō densius pilosis, scutello apice magis rotundato, subacuminato, elytris relative brevioribus atque latioribus, distinctius aequaliterque punctatis, fasciis duabus integris, marginibus parallelis; abdomine parcus punctato, ejus segmento quinto in mare minus profunde exciso, pedibus densius fulvo-villosis, tibiis tarsisque testaceis; tibiis omnibus in utroque sexu rectis, posticis in mare haud mucronatis specificē distinctus videtur. Hisce porro aliter ac in D. Spinola iconē, antennae capitulo nigro, elytra apice truncata sunt.

*Tr. Olivieri* Chevr. (nec Klug, nec Spinola) var. *Doriae*: elytrorum fascia prima, ante medium, in punctum ellypticum transversum utrinque abbreviata; abdominis segmentis duobus vel tribus primis corpori concoloribus. Statura et facie *crabroniformi* affinis, capite in fronte angustiore thoraceque nitidioribus, subtilius, minus dense villoso et punctatis; elytris profundius et paulo crebrius punctatis, puncto transverso ante medium, fascia hunc pone integra, angustiore, subparallela, maculaque communi apicali transversa cyaneis ornatis, sutura atque basi circa scutellum rufis; pedibus cum tarsis nigro-cyaneis; abdomine sparsim punctato, segmentis quatuor primis utrinque glabris, tribus ultimis in mare rufis, in hoc tibiarum posteriorum mucrone brevi, valido. Copiose a Marchione Jacopo Doria in Persia septentrionali collectus.

*Tr. apiarius* Lin. ex speciminibus in Andalusia a D. Ghiliani lectis variat elytrorum sutura, fere veluti in *favario*, tota cyanea, fasciis duabus margine parallelis aequalibusque, punctura tantisper fortior; caeteris cum *apiario* apprime convenient.

*Tr. Sipylus* Fabr. var. *visnagae* Friv.: laete virescente-metallicus, fulvo-pubescent, antennis elytrorumque fasciis duabus una pone medium, altera ante apicem brevibus testaceis; pedum posticorum femoribus in mare maxime dilatatis, tibiis validis, fortiter appendiculatis.

*Tr. quadripunctatus* Adams: Syria passim: a praecedente pedibus posticis in mare simplicibus, abdominis segmento quinto apice parum emarginato discedens.

*Corynetes (Agonolia) rufipes* Fabr. Cypro.<sup>4)</sup>

<sup>4)</sup> *Corynetes violaceus* Lin. variat in Pedemontio interdum tibiis dimidio apicali obscure testaceis.

*C. (Agonolia?) hybridus: Oblongo-ovatus, niger, nitidus, ore, antennis, thorace pedibusque rufo-testaceis, capite dense thoraceque minus crebre punctatis, nigro-pilosus, hoc longitudine sesqui latiore, elytris nigro-cyanis, grosse punctatis.* — Long. 1½ lin.

Corpo sere ovali, sat convexo, thorace elytrisque basi ejusdem sere latitudinis inter congeneres insignis; sculptura bicolori proprius accedit, quo relative latior, utrinque magis rotundatus. Caput latum, nigrum, uti in hoc sere punctatum, fronte plana, antice utrinque rotundatum, medio leviter emarginato-truncata, epistomate labroque rufis, ore rufo-picco; antennis rufis, articulis tribus ultimis compressis, nono — decimo transversim cupuliformibus, tantisper magis quam in *Corynetis*, minus quam in *Opetiopselapho* inter se discretis, clavae magnitudine inter duo intermedia, pariter ac visa est palporum articuli apicalis structura. Thorax transversim subellypticus, anterius angustior, apice recte truncatus, lateribus anterius sere rectis, pone medium cum angulis posticis leviter ampliatis rotundatus, basi utrinque oblique, medio recte truncatus, dorso transversim modice convexus, aequalis, nitidus, disco minus crebre, fortius quam in *bicolore* punctatus, lateribus subrugosus, margine lateraliter obsolete laxeque crenulato; laete rufo-testaceus, villositate nigra, paulo magis, quam in capite. densa hirtus. Scutellum transversum, utrinque subpunctatum, medio laeve, rufescens. Elytra basi conjunctim emarginata, ibi thorace haud latiora, sensim inde rotundato ampliata, atque magis convexa, latitudine earum maxima triente longiora, margine subtiliter crenulata, nigro-violacea, nitida, punctis fortioribus, (sere majoribus quam in *bicolore*) aequi distantibus, disco vix regulariter dispositis, pone scutellum suturam secus obsolete punctorum brevi serie impressa; epipleuris basi latiusculis, ad segmenti abdominalis tertii apicem prope evanescentibus. Corpus infra, prothorace

## PTINIDAE.

*Hedobia tricostata* n. sp. *Oblonga*, *straminea*, *griseo-pubescentis*, capite infuscato thoraceque postice gibboso crebre profundeque punctatis; elytris seriatim oblongo-punctatis, sutura interstitiisque elevatis densius pubescentibus. — Long. 1½ lin.

Maximis *Ptini furis* maribus paulo major, *Anobii* faciem quamdam praebens, *Hedobiis* proprie, sec. Mulsant, elytrorum sculptura atque villositate sericea, longiuscula pluribusque cum *H. pubescens* affinitatibus consocianda, tibiarum etiamensi structura tantisper abscedat. Corpus totum stramineum, fere cinnamomeum, capit is vertice solo infuscato oculisque nigris, humeris dilutioribus, pube sat longa, subdepressa, griseo-flavescente indutum. Caput declive, fronte convexa, longitudinaliter medio subelevata, transversim inter antennas impressa, anterius laevi et subsinuatim truncata; labro vix conspicuo; oculis magnis, globosis, thoracis marginem anticum excedentibus (forte mas), in fronte eorundem maxima latitudine aequae distantibus: antennae elongatae, subfiliformes, articulo primo obovato, secundo parvo, subgloboso, tercio octavo subaequalibus, compressis, leviter serratis, tenuissime ciliatis: palpi flavi, omnes articulo ultimo acuminato. Thorax longitudine sesqui latior, lateribus medio rotundatus, basi apiceque subaequaliter attenuatus, margine antico regulariter rotundato, postico subrecte truncato, dorso postice elevato-gibboso, gibbula utrinque compressa, densius pubescente; pariter ac caput sat crebre, profunde ad latera subrugose punctatus, interstitiis planis, nitidulis. Scutellum oblongum apice rotundatum, dense pallido pubescentis. Elytra thorace plus triplo longiora, basi subrecte truncata, humeris prominulis, lateribus subparallelia, modice convexa, apice conjunctim subattenuato-rotundata, seriatim oblongo-punctata, seriebus per tria approximatis, sutura interstitiisque tertio, sexto, nono et duo decimo latioribus, horum dorsalibus postice magis elevatis densiusque pubescentieus, sutura postice margineque lateralii crassioribus; limbo infero posterius subtillime denticulato. Corpus medioque gulæ exceptis, nigro-subcyaneum, pedibus cum coxis laete rufo-testaceis, tarsis apice brunneis; tibiis tarsisque villositate minus tenui indutis, unguiculis ante medium plus minusve acute subdeutalis. Unicum, foemineum forte, specimen e R. Taur. Musaei collectione nom. *Opetiopalpus collaris* Ill. a D. Dejean ex Hispania donatum: cum *O. collaris* Spinolæ descriptione haud conserre ex allatis patet: affinitatibus perpensis hunc *Agonoliae* Muls. potius quam *Opetiopselapho* referre censui.

infra punctulatum, metasterno medio abdomineque nitidulis. Pedes modice elongati, tibiis apice subrecte truncatis, extus denticulo brevi, valido, spinula tenui intus apice munitis; tarsis validiusculis, filiformibus, leviter compressis, articulis quatuor primis longitudine sensim dimidio decrescentibus, tertio — quarto apice emarginato truncatis, inferne evidentius penicillatis, ultimo elongato, apicem versus leniter dilatato.

Unum spec. Cypro ex descriptione ab *H. succincta* Chevr. plane discedens.

*Ptinus xylopertha* Reiche. Cypro passim.

*P. variegatus* Rossi: frequens Cypro et Syria, validiusculus plerumque, antennis in mare paullulum magis elongatis.

*P. Lucasii* Boield. sat freq. variat plerumque minor et dilutior.<sup>5)</sup>

*P. intermedius* Boield. Haud rarus Cypro: mas elongatus, subparallelus, plus minusve dilute rufo-testaceus, praecedenti facie proximus, at tantisper angustior, ab eo et affinibus elytris fortius, spissius fere quam in *fure*, punctato-striatis, punctis quadratis, in seriebus approximatis, interstitiis angustioribus, subelevatis, apice conjunctim rotundatis; tibiis posticis spinulis duabus tenuibus, aequalibus munitis, tarsorum posticorum articulo primo secundo sesqui longiore. Variat dimidio minor, *P. testacei* maribus statura proximus. Foemina ovalis, elytris punctis magnis quadratis, carinula argutula sejunctis seriatim impressis, interstitiis angustis; longe parceque hirto-pilosus, fasciis duabus una pone humeros transversa, altera pone medium obliqua, in puncta duo plerumque divisa, evillis depresso albidis ornatis, posteriore interdum, rarius ambobus obsoletis: capite dense pubescente, thorace fulvo quadri-fasciculato. Variat statura etiam dimidio minore, modo rufo-brunnea, modo rufo-testacea, punctura elytrorum attamen semper inter affines distincta; eam quapropter *P. intermedius* adscribendam censui, pluribus etiam in collectionibus *P. furis* foeminae minoribus speciminibus nomen illud tributum observaverim.

*P. obsoletus* n. sp. *Nigro-piceus vel brunneus, griseo-fuscus pubescens, thorace fortiter rugoso, basi valde constricto, dorso*

<sup>5)</sup> *Pt. obesus* Luc. = *peculator* Genè in litt. etiam Sardiniae incola; mas, ex typico specimine a D. Desbrochers misso, elytris margine postico explanato, apice truncatis ab affinibus distinguendus: e Sicilia quoque nom. *pulchellus* habui.

*quadri fasciculato; elytris subtiliter striato-punctatis, parum dense seriatim pubescentibus.* <sup>6)</sup>)

<sup>6)</sup> Ultimae generis subdivisionis sec. D. Mulsant nom. *Eurostus* duo necdum cognitae formae in Pedemontanis alpibus anno elapsò inventae: *P. (Eurostus) quisquiliarum* n. sp. *Ovalis, valde convexus, niger, nitidus, antennis apice tibiis tarsisque rufo-piceis; thorace globoso, basi fortiter constricto, granuloso, elytris utrinque valde reflexis et subcompressis, seriatim punctatis, parce pilosis, basi albo-fasciatis; antennis validis, articulo secundo tertio fere longiore.*

— Long.  $1\frac{1}{4}$  lin.

*P. submetallico* et *frigido* quasi intermedius, ab utroque in primis thorace fortius granuloso, granulis convexis, aequalibus, elytris convexioribus, utrinque inferne magis compressis, fortius utrinque ad humeros carinatis discedens. Corpus supra-nigrum, inferne rufo-piceum. Caput parvum, cum oculis, modice prominulis vix thoracis latitudine, sat crebre, obsolete punctatum: palpi rufi: antennae nigro-piceae, apicem versus dilutiores, validae, dense fulvo-pubescentes, articulo secundo conico tertio evidenter longiore, tertio — decimo moniliformibus, in mare parum, in foemina haud crassitie longioribus, tertio — sexto in hac subaequalibus, extus fere magis quam intus dilatatis. Thorax globosus, latitudine vix longior, ante basin fortiter constrictus, medio longitudinaliter canaliculatus, canalicula anterius in lenem impressionem transversam qua thorax ad trientem anticum subangustatur desinente; totus crebre fortiter granulosus, granulis rotundis, haud depressis, margine inflexo, uti in citatis, longitudinaliter breviterque fossulato. Elytra basi recte truncata, subito inde convexo-elevatula, breviter ellyptica, lateribus fortiter rotundata, magis utrinque latiusque inflexa, seriatim mediocriter punctata, punctis sat discretis, interstitiis in mare laevibus, subplanis, alternis convexiusculis, in foemina subrugosis; alternis in utroque basi elevatulis, asperulis, septimo longius quam in *submetallico* carinaeformi; apice valde declivia, leviter producta; punctorum seriebus duobus extimis magis distantibus, punctis profundioribus. Abdomen segmentis tribus primis parce punctis latis, parnm profundis impressis, tertii margine apicali subsinuato; pedes validi, punctati, femoribus subclavatis, arcuatis, tibiis leviter incurvis, posticis in mare sensim, apicem usque prope, incrassatulis; tarsis fere brevioribus, crassioribus quam in *frigido*. Speciminibus verisimiliter depilatis pubes parca in capite, tantisper densior in thorasis disco, elytrorum striis alternis villis quibusdam fulvis seriatis; pone basin fasciae obliquae

*P. brunneo* Duft. magnitudine, forma et pictura simillimus, corpore in mare equidem elongato, foeminae oblongo-ovali; ab illo elytris in utroque sexu subtiliter striatis, striarum punctis minutis, magis distantibus impressis, interstitiis latis, planis, pube minus tenui parciore, in foemina quoque subdepressa indutis discedit. Mas praeterea elytris pone medium tantisper ampliatis, apice latius rotundatis, margina apicali subexplanato, fere truncato insignis.

Marein et tres foeminas Cypro.

e pube albida rudimenta conspicua: corpus infra parce, tibiae apice et tarsi dense fulvo-pubescentia. •

In Alpibus inter quisquiliis quaedam legi.

In *P. frigido*, cuius plura in Alpibus Lepontiis ipse reperi atque a D. Doria ad Gressoney lecta vidi, elytra tantisper longiora, dorso subdepressa, regulariter utrinque inflexa, antennae graciliores, articulo tertio secundo in mare sat, in foemina aliquantulum longiore; tibiae posticæ in illo leviter curvatae, haud dilatatae, tarsi graciliores. *P. submetallicus* mas statura ut plurimum minor, abdominis segmentis secundo tertioque medio tuberculis in singulo duobus minutis, pilosulis, aequaliter inter se distantibus prope apicem munitis dignoscitur.

*P. (Eurostus) apenninus* n. sp. *Obovatus, sat convexus, niger, infra brunneus, parum nitidus, breviter fulvo-pubescent, thorace fortiter gibboso, basi constricto, apice angustato, profunde medio canaliculato, fovea magna, laevissima utrinque impresso; elytris globosis, profunde punctato-striatis.* — Long.  $1\frac{1}{4}$  lin.

*P. frigido* proximus ab eo et praecedente thoracis praecipue structura distinctis. Caput obscure brunneum, valde inflexum, cum oculis sat prominulis thoracis anticae latitudini subaequale, sparsim obsolete punctatum, tenuiter, sat dense fulvo-pubescent: antennae rufescentes, in mare corporis dimidiā longitudinem aequantes, tantisper eadem in foemina breviores; articulis secundo — decimo obconicis, tertio secundo longiore; in mare graciliusculae, minus in foemina, articulis quarto — sexto in eadem brevioribus. Thorax dorso valde gibboso-convexus, basi constrictus, impressione ante apicem attenuatus, medio late profundeque canaliculatus, subtiliter granulosus, densius breviterque subaureo squamosus, margine laterali fovea magna, irregulariter quadrata, fundo inaequali at laevissima impressus. Scutellum minutissimum. Elytra globosa, apice vix producta, profunde striato-punctata, interstitiis omnibus crassis, convexis, pube brevissima, densa, aurea vel grisecente subsquamosa

*Gibbium scotias* Fabr. Cypro rarius.<sup>7)</sup>

### ANOBIIDAE.

*Anobium striatum* Oliv., *domesticum* Fourer. Muls.: frequens.

*A. hirtum* Ill. var. *tomentosum* Muls.: rarum.

*A. paniceum* Lin.: copiose lectum.

*A. (Hadrobregmus Thoms.) Reyi* Bris., *oblongum* Ziegl., *striatum* Bon. in litt. Dej. Cat., *Oligomerus abnormis* ipse in litt.<sup>8)</sup> Species optime a D. Brisout descripta, affinitate maxima cum *Ol. brunneo* St. sec. Muls. convenient, antennarum in primis structura, quibus licet articulus octavus in *brunneo* deesse videatur, obsoletus

indutis; interstitio sexto integro, basi subcarinaeformi, duobus extenis margineque subglabris. Corpus infra nitidulum, rufo-brunneum; abdomine parce pubescente, impunctato, punctis tantummodo quibusdam magnis obsoletisque ad secundi et tertii basin. Pedes rufo-brunnei, parce punctati, femoribus modice elavatis, tibiis apicem versum sensim leviter dilatatis atque retrorsum curvatis, apicem versus dense pubescentibus, posticis in mare fortius incurvis; tarsis quatuor anterioribus in utroque sexu latiusculis, dense pubescentibus.

Unum par in Etruscis apenninis prope Porretta inter fagi folias deciduas et quisquia legi.

<sup>7)</sup> *Gibbium Boieldieu i* Levrat copiose in Persia boreali a D. Doria lectum; *G. scotias* dimidio plerumque minor, antennis gracilioribus, articulis secundo — quarto inferne, tibiisque extus brevius et subtilius flavo-ciliatis; genis modo laevibus, modo plus minusve subtilius longitudinaliter striolatis, corporis magis conici forma, meo judicio a *scotia* discedens; ei verumtamen elytra dorso antico deplanata, summa basi circum circa nullomodo incrassatula, sed eandem cum thorace exacte rectam obliquitatem consequentia, a medio inde ut in affinibus, fortiter globoso inflexa atque inflata; (elytra in *G. scotias* summa basi tantisper crassula atque dorso eonvexa) utrinque magis compressa atque inferne ad femora postica fortius emarginata. Ultra 60 spec. vidi, fixum sexuale character extricare impar fui.

<sup>8)</sup> Proximum et structura valde affinem *Anobium* in Sardinia Prof. Gené legit atque in coll. *A. disruptum* designavit: *oblongum*, *cylindricum*, *parum nitidum*, *dense breviterque sericeo-pubescentis*, *fusco-brunneum*, *antennis undecim articulatis*, *articulis 5—8 subtransversis*, *capite thoraceque minus crebre*, *subtiliter*, *aspere punctatis*, *hoc convexo*, *postice medio breviter carinato*, *angulis anticis*

verisimiliter vel sub septimo absconditus, in *A. Reyi* maribus quibusdam adeo minutus et obtectus, ut vix conspiciendus; in utraque specie antennarum funiculares articuli plus minusve arte connati, tribus ultimis maxime, praesertim in mare, elongatis; tum prosterno mesosternoque apice inter coxas anticas fortiter attenuatis, unde haec invicem valde approximatae, potius quam *A. hirtum* prope, verum tamen una cum *Ol. brunneo* et *A. disrupto*, alteram in genere subdivisionem constituant, jam a Thomsone in Skand. Col. V. p. 259 nomine *Hadrobregmus* donatam. Corporis totius fere structura *Ol. brunneo* consimile, thorace vero dorso subaequaliter convexo, gibbula dorsali haud vel vix conspicua ab eo et *A. rufipede* praesertim distinctum. Cypro parum frequens, in tota Italia diffusum,

---

*rectis, posticis rotundatis, elytris parum profunde geminato-striatis, interstitiis alternis elevatulis.* — Long.  $2\frac{1}{2}$ —4 lin.

Mas minor, antennarum tribus ultimis valde elongatis, linearibus, nono praecedentibus simul sumitis fere longiore. 4—8. brevibus, transversis, intus leniter subserrato productis; elytrorum margine posito utrinque obsolete sinnato; abdominis segmento quinto ante apicem transverse subimpresso. Foemina duplo plerumque major, antennarum articulis tribus ultimis elongatis, sublinearibus, nono praecedentibus quinque longitudine aequali, funiculo crassiusculo, articulis 5—8 subaequalibus, crassitie haud longioribus, truncato-conicis; elytris utrinque ante apicem subcompressis, enm margine laterali sinuoso-emarginatis; abdominis segmento quinto apice plus minusve late foveolato.

*Ol. brunneo* sec. Muls. atque *A. Reyi* facie consimile, peculiares has prae se fert notas: caput subtiliter vix aspero punctatum, longitudinaliter medio subtillime canaliculatum; antennarum funiculo relative crassiore, ejusdem articulis in foemina minus transversis, longe tamen brevioribus quam in *A. rufipede*, articulis tribus apicalibus e contra multo magis quam in hoc elongatis: thorax fere ut in *A. Reyi* constructus, dorso subaequaliter convexus, at carinula brevi, obtusa, marginem basalem non attingente disco postico instructus, eam utrinque sat impressus, longitudinaliter antice medio, evidentius in mare, obsoletius in foemina, canaliculatus, anterius pone oculos utrinque sat, fortius in mare, impressus et limbo apicali emarginatus, angulis anticis acutius fere, quam in *A. brunneo*, rectis; lateribus sat late marginatus, angulis posticis rotundatis: scutellum lateribus subrectis, apice subtruncatum, vix densius tomentosum: elytra parum profunde striata, punctis in mare confuse

Sardiniae quoque incola; mares plerumque minores, corporis pictura obscuriore vel dilutius cinnamomea aut ferruginea variant: segmento ventrali quinto in foemina transversim prope apicem impresso.<sup>9)</sup>

*Rhadine* n. genus. Caput inflexum, sub thorace receptum, oculis parum convexis; labrum breve transversum; mandibulae arcuatae, basi extrorsum leviter dilatatae; palpi omnes articulis basaliibus tenuibus, ultimo subito incrassato, forepis instar apice bifido, spinula interiore breviore; antennae 11-articulatae, articulo primo majore, extus vix dilatato, quarto, sexto, octavo minimis, secundo tertio, quinto septimoque intus leviter productis, seta longiuscula

---

compositis, in foemina distincte geminatis atque in duas series in singula stria dorso dispositis, interstiliis vix convexis, alternis, in foemina evidentius, elevatis densiusque pubescentibus; regulariter convexa atque cylindrica, apice conjunctim subrotundata, atque utrinque, uti dictum, emarginata, ibidem tantisper obscuriora; prosternum et mesosternum inter coxas anticas valde attenuata; corpus infra dense, subtillime aequaliterque punctatum, metasterno vix medio nitidiore, utrinque creberrime granuloso: abdominis segmentis granulis minutissimis quibusdam consparsis, secundo, tertio quartoque inter se aequalibus, majore, tribus veluti in *rufipede*, *Reyi* et *brunneo* margine postico fulvo-ciliatis; pedum posteriorum coxae in foemina margine posteriore subaequali, in mare intus leniter dentiformi, ad trochanteres distincte emarginato; tarsi in utroque sexu tibia breviores, articulis duobus primis elongatis, primo secundo sesqui fere longiore.

Ex variabili fortasse in ipsomet *brunneo* sec. Mulsant articulorum antennarum numero, eandem enim vero speciem D. Thomson, Olivierio tributam, antennis undecim articulatis describere videtur, collatis quae de *A. rufipede* auctor ipse refert, una cum *A. Reyi* et *disrupti* super allatis notis, dubium mihi an *Oligomerus* genus pro europaeis saltem sit servandum.

<sup>9)</sup> Genuinus *Ol. brunneus* sec. Mulsant in Italia orientali rarissime occurrit, ex Insubria atque Tyrolo italicis quaedam solnmodo vidi germanicis atque helveticis conformia. *Hadrobregmus brunneus* Thoms. minus recte videtur *An. rufipedi* in Cat. Harold pro synonimo subjunctus, antennarum habita praecique ratione; earundem structura thoracisque forma *Ol. brunneo* Muls. proprius accedit: cui ex his vel *Anobio Reyi* ex paucis ab auctore allatis dubium quo *An. oblongum* Cast. sit referendum: utrumque in collectionibus italicis hoc nomine donatum observavi.

instructis, ultimis tribus magnis, compressis, clavam laxam formantibus. Thorax inaequalis, lateribus argute marginatus, margine antico reflexo. Elytra striato-punctata, margine lateralí anterius bifariam emarginato. Prosternum et mesosternum profunde cavernoso-excavata; metasternum antice in lobum magnum productum; mesosternum utrinque modice, abdomen basi profundius femoribus recipiendis canaliculata; coxae posticae lamellares, intus sensim dilatatae; femora elytra excedentia; tarsi filiformes 5-articulati, articulis quatuor primis longitudine sensim decrescentibus, ultimo praecedentium trium longitudine subaequali, apicem versus crassiusculo, biunguiculato ( $\varphi\alpha\delta\tau\eta$ , tenuis).

*R. parvata* n. sp. *Oblonga, ferruginea, tenuiter fulvo-pubesca, antennis flavis; fronte leviter convexa thoraceque subtiliter reticulatis, hoc dorso gibboso, utrinque impresso, foveolis quatuor baseos obsoletis, angulis anticis deflexis, acutis, posticis subrectis; elytris striato-punctatis, interstitiis convexiusculis.* — Long. vix 1 lin.

Statuta parva, *Gastrallo laevigato* minor, parum nitida, rufo-ferruginea, palpis antennisque flavis. Caput thorace angustius, fronte oculisque fere ut in illo, anterius attamen crassiuscula, canalicula tenui recta ab epistomate distincta: antennae ante oculos leviter emarginatos insertae, capitum cum thorace longitudinem superantes, articulo primo majore, oblongo, ferrugineo, secundo minore, oblique apice truncato, clava hoc cum sequentibus longitudine pari, articulis ejus duabus primis triangularibus, ultimo oblongo-ovato, apice acuminato. Thorax transversus, anterius angustior, utrinque fortiter inflexus, dorso modice convexus, at medio gibbose elevatus et utrinque oblique impressus, margine antico elevatulo, lateralí cariniformi, leviter explanato, angulis anticis acutis, eos intra late sat fortiter impressus; basi subtiliter marginatus, leniter intra humeros sinuatus, obsoleteque foveolatus, uti caput subtiliter granuloso-reticulatus. Scutellum semicirculare. Elytra thorace plus quam duplo longiora, modice convexa, subparallela, apicem versus a triente postico sensim attenuato-rotundata, decem striata, striarum punctis mediocribus modiceque discretis, striis duabus extimis profundioribus, ante humeros abbreviatis, interstitiis convexis, tenuiter fulvo-pubescentibus, suturali et duabus externis apice integris, internos includentibus, margine omni crassulo, basi sub humeros, pro femorum quatuor anteriorum repositione profunde exciso, ante medium pro posticis late emarginato. Thoracis pleurae inferne utrinque fossulae prosternali parietales, limbo subsinuato, granulosae: metasternum magnum, medio profunde canaliculatum, antice attenuatum, mox fortiter in

lobum magnum semicirculare, subplanum, crassum dilatatum, cui in quiete frontis margo anticus insidet, ore toto antennisque occultatis. Abdomen sere planum, segmentis quinque liberis, primo parum elongato, dimidio ejus antico utrinque profunde femoribus recipiendis excavato, postico una cum secundi basi semicirculariter impresso, secundo contignis duplo sere latiore, tertio quartoque inter se atque primo longitudine subaequalibus, quinto apice late rotundato. Corpus infra parce breviterque pubescens, coxis parum approximatis, posticis intus angulariter aliquantulum dilatatis; femoribus subelavatis, tibiis linearibus, tarsis tibiae triente vix longioribus.

Quindecim cypria specimina vidi; corporis inferne structura Doreatominis ex D. Mulsant methodo referenda, facies ejus minimi *Anobii striati*.

*Gastrallus laevigatus* Ol. Unum par Cypro: mas nostratis aptenns conformis: foemina capite majore, fronte convexiore, thorace dorso postico fortius triangulariter gibboso, late utrinque impresso, margine lateralii ad angulos posticos sat explanato discedit: paginae superioris pubes densior, sericeo-sulvescens.

*Trypopithys carpinii* Herbst. Cyro passim, Syria, Libano; in Pedemontio haud rarus.

*Metholcus cylindricus* Germ. Duo mares Cyro.

*Calypterus bucephalus* Ill. Cyro et Beryto frequens; antennis haud raro atque corpore infra rufescens: Sardiniae etiam incola.

*Xyletinus ruficollis* Gebl. Cyro rarus, elytris obscure ferrugineis, antennis pedibusque totis rufescens varians.

*X. flavipes* Lap. Cyro haud freq. statuta minor, elytris subtilius striatis, interstitiorum granulis haud perspicuis femoribusque fusco-tantum maculatis ei verisimiliter referendus.

*Lasioderma haemorrhoidale* Ill. Unicum spec. Cyro statuta minus, antennis, thorace, elytris pedibusque testaccis.

*L. laeve* Ill. Syria rarum.

*L. fulvescens* Muls. Cyro parum freq. nostratis plerumque densis supra pubescens.

*L. (Hypora) serricorne* Fabr. Copiose Cyro lectum, statuta variabile, nostratis plerumque minus; poenes nos et a mercatura e coloniis diffusum, ejus singulariter depictum specimen e Neapoli D. Emery communicavit, thoracis dimidio postico corporeque infra nigris. larvam in *Anthemidis chamomillae* floribus exsiccatis vivere eisque pasci animadvertis.

*L. (Hypora) bubalus* Fairm. Quaedam spec. Cyro plus

minusve dilute testacea. Auctoris descriptioni corporis pictura conferens specimen in Abbrutiis lectum Dr. Bertolini communicavit, aliud e Corsica a D. Révelière, nom. *Pseudochina torquata* missum, penitus fulvescens, pluria e Sardinia; hisce thorace modo medio canaliculato sparseque granuloso, modo aequali, alter forte sexus.

*Stagetus elongatus* Muls. Cypro rarus.

*Dorcotoma flavicornis?* St. var. *murina*. Duo specimina Cypro statura majora, convexiora, corpore obscure ferrugineo, thorace elytrisque pariter fere, subtilime crebre punctatis, punctis majoribus crebris intermixtis, pube densa longitudinaliter disposita, depressa, griseo-fulvescente vestitis; elytris utrinque bistriatis; corpore infra rufo-ferrugineo, abdominis segmentis secundo — quarto medio firmatis, punctis quibusdam majoribus impressis distincta.<sup>10)</sup>

### BOSTRICHIDAE (APATINI).

*Apate (Ligniperda) Francisca* F. duo mares Cypro ad var. *rufiventris* Lucas spectantes.

*A. cornifrons* n. sp. *Nigra, tenuiter pubescens, thorace transverso, rude granulato, antice spinosulo, elytris crebre punctulis, postice leniter retusis. Mas capite parvo, oculis globosis valde prominulis, fronte inter oculos ad eorundem marginem internum dente triangulari erecto utrinque armata, medio villositate longa densaque fulva ornato, epistomate subrecte truncato, glabro; thorace medio leviter constricto, elytrorum sutura apice spiniformi; tarsis quatuor posterioribus tibia duplo longioribus, intus haud setulosis; abdome nitido, segmento ventralis quinti margine postico late emarginato-truncati denseque fulvo-pubescente. Foemina capite longitudinaliter fortius canaliculato, vertice foveola impresso, fronte*

<sup>10)</sup> A D. Betta in Insubriae montibus atque a D. Ghiliani in Alibus Lepontiis lecta *Dorc. elongata* Muls. descriptionis notis characteristicis consona. *Dorc. Dommeri* variat in Sardinia tota rufo-testacea: plura ex eadem insula Prof. Gené distinctae speciei retulit, quae in coll. nom. *D. lanuginosa* donavit; *serram* Panz. inter et *setosellam* Muls. intermedia, plus minusve dilute rufo-ferruginea, eisdem corporis ambitu identica, at paginae superioris punctura longe obsoletiore, densiore subtilioreque, punctis in elytris postice cycloideis, pube tantisper longiore, inordinatim divergente obsita, pilis quibusdam elevationibus, haud seriatim, intermixtis; corpore demum etiam infra obsoletius punctulato distincto: striae in elytris laterales duo, integrae.

*parce breviterque fulvo-pubescente; thorace haud constricto, angulis anticis reclinatim productis, unculis superne armatis atque terminatis; elytris fortius et minus crebre punctatis, magis pubescentibus, minus nitidis, ad suturam apice muticis; abdomine subtiliter coriaceo, opaco, segmento quinto apice integro; tarsis quatuor posterioribus tibia sesqui tantum prope longioribus, articulis secundo — quarto apice inferne breviter setosis.* — Long.  $6\frac{1}{2}$ — $7\frac{1}{2}$  lin.

Praecedenti statura et facie subaequalis, corpore cylindrico, nigro-piceo, subtiliter pubescente. Caput crebre granulosum, dentibus cornui instar erectis in maris fronte, distantibus, validis, dorso extimo angularibus, retrosum extusque subplanis, glabris, intus dense fulvo-pubescentibus; fronte anterius inter antennas transversim crassula, epistomate late emarginato-truncato (in *A. Francisca* angustius fortiusque emarginatum). Thorax transversim subquadratus, in mare sal, in foemina tantisper quam in ea brevior, transversim in mare impressus lateribusque subcompressus, anterius valde declivis, subaequalis in foemina, margine antico minus emarginato, at angulatim fere ad capitis latera longius quam in *Francisca* reclinato-produculus; itidem fere granulosus anteriusque spinosulus, ad angulos posticos, praesertim in mare, crassiusculus, pube griseo-flavescente, lateribus longiore, parce indutus. Elytra subtiliter, breviter parceque fulvo-pubescentia, cylindrica, apice vix retusa, ad inflexionis medium circiter utrinque late obsoleteque unicallosa, aequaliter punctata, crebre subtiliusque in mare, fortius atque minus crebre in foemina, minus attamen in utroque sexu fortiter punctata quam in plerisque exoticis congenieribus quae vidi, costulis vix perspicuis. Corpus infra piceum, pectore plus minusve rufo-piceo, tenuiter fulvo-pubesces, pedibus fere uti in citata specie constructis, altameu tibiis anticis in mare paulisper tantum densius villosis, extrorsum haud denticulatis; tarsis quatuor posterioribus in mare, intermediis in foemina magis elongatis, omnium articulis secundo — quarto apice vix perspicue in expansione cornea setosis. Abdomen segmento ventrali quinto maris apice latius profundiusque quam in illa emarginato, ante apicem arcuatim impresso, ibi dense fulvo-pubescente, apice summo pariter rufo-ciliato: foeminae abdomen creberrime rugulosum, opacum. Cypro.

*Bostriechus capucinus* Lin. Haud rarus Cypro, elytris plerumque fortius punctatis. Ejusmodi individua et in tota Italia obvia, rarius abdome brunneo vel fere nigro, elytris plus minusve fortiter corrugatis, brunneis interdum vel fere nigris, una cum abdome rufescente vel nigricante. Pleraque hae varietates nom.

*A. rugosa* F., *nigriventris* Luc. et *luctuosa* Ol. in collectionibus designatae: firmos inter eas characteres perperam quae sivi.

*B. varius* Ill. Haud rarus.

*B. bimaculatus* Ol. Parum freq.

*Xylopertha sinuata* Fabr. Cypro passim.

*X. pustulata* F. Haud freq.

*Rhizopertha pusilla* F. Etiam Cypro obvia.<sup>11)</sup>

<sup>11)</sup> *Rhizopertha sicula* n. sp. *Oblonga*, *subcylindrica*, *obscure ferruginea*, *antennarum clava dilutiore*, *parce pubescens*; *thorace crasso*, *granuloso-punctato*, *anterius regulariter arcuatim spinosulo*, *elytris latiore*; *hisce crebre*, *seriatim ocellato-punctatis*. — Long.  $1\frac{1}{2}$  lin.

Corpo breviter cylindrico, utrinque obtusato *Xylebori disparis* foeminae faciem omnino simulat, at reapse hujus generis. Caput parvum, retractum, thorace obiectum, rugosulum, nigro-brunneum, fronte inter oculos transverse arcuatim canaliculata, anterius crassula, nitidula, rufo-ferruginea, emarginato-truncata: labrum magnum, apice perquam late rotundatum, dense fulvo-ciliatum; mandibulae validae, parum arenatae, atrae; palpi maxillares rufo-ferruginei, validi, articulo ultimo elongato, acuminato; labiales parvi, testacei, articulo primo tenui, secundo brevi, cupuliformi, tertio basi connato, hoc breviusculo, conico-acuminato; os rufo-testaceum, villosulum. Antennae 10-articulatae, validiusculae, coxas anticas attingentes, articulo primo secundoque medioeribus, hoc tantisper minore, tertio — septimo sensim fere crassioribus brevioribusque, arete connexis, ultimis tribus magnis, compressis, clavam parum laxam, rufo-testaceam, praecedentium omnium longitudinem aequantem formantibus. Thorax, superne inspectus, latitudine fere longior, lateribus rectis, anterius rotundatus levissimeque attenuatus, basi recte truncatus, elytra latitudine aliquantulum excedens; transversim basi sat convexus, foveis nitidulis duabus approximatis mediis impressus; margine antico crasso, supra caput circulariter retuso, angulis nullis, limbo laterali, basin versus fortius, una cum basi rotundato, subtiliter utrinque marginato, margine basi ante medium utrinque interrupto; obscure ferruginens, postice, utrinque crebre, parum profunde ocellato et granuloso punctatus, anterius seriebus quinque saltem arcuatis, concentricis tuberculorum spiniformium muricatus, parce pubescens. Scutellum parvum, transversum. Elytra thorace sesquitantum longiora, parallela, dorso regulariter, fortius apice convexa leniterque subdepressa, basi recte truncata, humeris sat prominulis,

## LYCTINI.

*Lyctus canaliculatus* F. et *L. impressus* Comolli parum frequentes Cypro.

*L. brunneus* Steph. haud rarus; variat interdum longe minor, dilutior, crebrius striato-punctatus, congenerum minimus.

## CISINI.

*Xylographus bostrichoides* Duf. Unum spec. Cypro.

*Cis coriaceus* n. sp. *Niger, subcylindricus, pube longiuscula, minus tenui, suberecta, grisea, in elytris regulariter disposita adspersus, antenae pedibusque rufo-testaceis; thorace aequali, angulis omnibus obtusis, subtiliter crebre punctulato; elytris punctis creberrimis majoribus minoribusque intermixtis coriaceis, ad suturam obsolete striolatis.* — Long. vix  $\frac{1}{2}$  lin.

Mas frontis margine antico plus minusve fortiter bituberculato, tuberculis sat inter se discretis, thorace anterins leviter producto, medio fisco, fortiter plerumque bidentato, dentibus distantibus, plus

---

eos infra oblique truncata, thorace minus obscure ferruginea, crebre sat fortiter sub-ocellato punctata, punctis longitudinatiler subseriatim dispositis, apice sensim crebrioribus distinctiusque ocellatis; e singulo puncto setula brevis fulva, erecta exoritus. Thoracis inferne pleurae una cum prosterno continuatae, sensim medium versus attenuatae, antice subtiliter marginatae, prosterno postice ad coxas anticas acute attenuato, hisce magnis, fere contiguis; mesosternum antice truncatum, subverticale; metasternum crassulum, transversum, coxis posterioris sublinearibus, intus versus sensim leniter incrassatulis: abdomen omnium subtilissime coriaceum, subnitidum, 5-segmentatum, segmento secundo praecedente tantisper majore, sequentibus sensim brevioribus: pedes rufo-ferruginei, femoribus, anticis praesertim, validis, tibiis subrectis, apicem versus sensim leniter dilatatis, compressis, extus apicem versis spinulosis, tarsis quinque articulatis, articulo primo minimo, anticorum primo inferne magis conspicibili, ultimo praecedentium longitudinem subaequante. *R. pusilla* parum longior at duplo crassior etiam ab *Ap. flavipede* Ill. ex descr. abunde discedere patet. In Sicilia D. Ragusa legit.

Minus recte D. Duval in Genera des Coleoptères III. p. 227. Apatidum familiae thoracem lateribus numquam a propleuris carinula distinctum utpote constantem characterem tribuit, enim vero illius in *Rhizopertha pusilla* carinula tenuissima, in *R. sicula* distincta atque sat arguta patet.

minusve apice reflexis; tibiis anticis calcare validiusculo, dupli extus armatis.

Corpus cylindricum, aequaliter sat convexum, capite parvo, depresso, antice transversim profunde sulcato, limbo marginato, antennis 10-articulatis. Thorax latitudine brevior, anterius medio leviter productus, ad oculos utrinque vix sinnatus, angulis anticis latissime obtusis, lateribus subrotundatus, fortiter, parum late marginatus, angulis posticis anguste rotundatis, basi subtiliter marginatus, aequalis, sat convexus, nitidulus, crebre, subtiliter, profunde punctatus, dense fulvo-pubescent, lateribus ciliatus. Elytra thorace in mare duplo, in foemina plus duplo longiora, regulariter aequaliter que convexa, parallela, utrinque fortiter, ad humeros late marginata, subaequaliter crebre punctura dupli, majore minoreque, intermixta obsoleta superforata, interstitiis rugosulis, quo coriacea videntur; umbra striae juxta suturalis dorso et alterius basi intra humeros quandoque adparet; dense, aequaliter pubescentia, pube longiuscula grisea, retrorsum tantisper reclinata, juxta suturam unica seriali linea regulariter disposita. Corpus nigrum, pedibus rufo-testaceis.

*C. tomentoso* Mellie methodice proximus, at elytris thorace ultra duplum longioribus atque earuudem punctura dupli nec non statura minore et forma *Ennearthroni affini* quodammodo simili distinctus: *C. flavipedi* Luc. eliam proximus, at brevior, thorace magis convexo, elytris aequaliter pubescentibus discedit. Plura specimina Cyro.

*C. (Hadraule Thoms.) pumilio* n. sp. *Oblongus, parum convexus, nitidulus, fusco-niger, antennis, ore pedibusque rufis, thorace lateribus anterius subrotundato, subtilime punctato, elytris thorace paulo ultra duplum longioribus, fortiter striato-punctatis, interstutiis convexiusculis, seriatim, breviter pilosellis.* — Long.  $\frac{1}{2}$  lin. Cyro rarus.

*C. clavicornis* n. sp. *Oblongus, parallelus, subdepressus, niger vel piceus, pube tenui, suberecta, grisea, in elytris seriata adpersus; thorace subquadrato, angulis anticis obtusis, posticis rotundatis, utrinque fortiter, basi vix marginato; elytris striato-punctatis; antennis 10-articulatis, clava biarticulata pedibusque testaceis.* — Long.  $\frac{1}{2}$  lin. Cyro sat frequens.

# ZOBODAT -

## **www.zobodat.at**

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Deutsche Entomologische Zeitschrift  
\(Berliner Entomologische Zeitschrift und Deutsche  
Entomologische Zeitschrift in Vereinigung\)](#)

Jahr/Year: 1873

Band/Volume: [17](#)

Autor(en)/Author(s): Selve Flaminio Baudi a

Artikel/Article: [Coleopterorum messis in insula Cypro et Asia  
minore ab Eugenio Truqui congregatae recensitio: de](#)

Europaeis notis quibusdam additis. 317-338